



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 53. Pontificis diploma ad Guisium Ducem, & Borbonium Cardinalem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

conducerentur exercitus, quorum primo in Delphinatu Maduanus Dux præf-
 set, alterum autem in Aquitania Ludovicus Gonzaga Nivernii Dux a Rege in
 supremum Vicarium nominatus duce-
 ret, huic tamen Guisus Dux infensissi-
 mus erat, eo quod ipse Fœderatorum
 societatem reprobasset. Sub idem tem-
 pus die quarta Augusti in Senatu diplo-
 ma, quod die vigesima sexta ejusdem
 mensis in Curia approbatum fuit, per-
 orante Petro Versorio promulgabatur,
 quo Rex Guisio Duci concedebat, ut
 per ipsius absentiam summum impe-
 rium in exercitibus exerceret: nec mi-
 nus Rex suum animi affectum erga Bor-
 bonium Cardinalem testatum reddebat,
 huncque sui Senatus auctoritate pri-
 mum regis Stirpis Principem adjun-
 ctis etiam pluribus amplissimis præro-
 gativis declarari voluit.

§. LIII.

*Pontificis diploma ad Guisium Du-
 cem, & Borbonium Car-
 dinalem.*

Insuper habitis ejusmodi amicitiae si-
 mulationibus Rex Guisium Ducem
 e medio tollere decreverat, suarumque
 suspicionum, & odii in eundem aucti
 obtentum quærebat in diplomate, quod
 Sixtus V. Papa ad hunc Ducem, &
 Pp 3 Borbo-

Sæcul. XVI.
 A.C. 1588.

Thuan. l. 91.
 Spond. hoc
 ann. n. 10.
 Davil. l. 9.

Sæcul. XVI.
A.C. 587.

Borbonium Cardinalem die decima quinta Julii dederat. Ceterum hæc eadem epistola mox a Fœderatorum emissariis divulgata, atque, ut plebi etiam innotesceret, gallice reddita fuit: in ea autem summus Pontifex Guisium Ducem ob promovendæ Religionis studium dignis extollens laudibus eundem comparabat nobilissimis viris Machabæis, qui pro patria, pro templo, ac pro lege Dei immortalis cum laude decertarunt, quosque ex eo genere sacra scriptura memorat fuisse, per quos factus in Israele facta est: porro his præmissis illum hortatur, ut ulterius pro sanctæ Ecclesiæ causâ invicta animi fortitudine decertare, ac hæreticos penitus delere studeat: demum hæc subiunxit Pontifex „consultum duxi, Legatum a latere creare Joannem Franciscum Maurocenum olim in Francia Nuntium, Episcopum Brixianum, cuius in hoc rerum statu, fidem, prudentiam, ac pietatem plene perspectam habeo, proinde illius, ubi opus esse intelligetis, auctoritate, & opera utamini, nam tutissime cum eo consilia, quæ ad Catholicam Religionem, & Apostolicam fidem pertinent, communicare poteritis, & si quid præterea, ut mihi agi a me oporteat, certior fieri cupio, nunquam defuturus causæ, pro qua laborare vos scio.

§. LV